

Rector Universitatis Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I.U.D. & Profess. Ad Exequias Quas ... Faeminae Emerentiae a Blanckenburg/ Coniugi suae desideratissimae Maritus maestissimus paratas cupit Omnes & singulos Academiae Cives ... invitat

Rostochi[i]: Kilius, 1652


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746813317>


Druck Freier  Zugang




Schütze, N.,
in E. á Blanckenburg.

R. 1652.







94.


RECTOR
Universitatis Rostochiensis
NICOLAVS Schütze/J.V.D.
& Profess.

AD EXEQUIAS
Quas

Et genere, Et virtute nobilissima Femina
EMERENTIAE
à Blanckenburg!


Conjugi suæ desideratissimæ
Maritus mæstissimus paratas
cupit


*Omnes Et singulos Academia Civēs amanter atq;
officiose invitat.*



ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typog.
Anno M. DC. LII.

33





Quantumvis homo totius Universi
monarcha sit, horizon æternitatis &
temporis, dux omnium creaturarum,
ip̄iusmet mundi mundus, & terrenus
quidam, ut ita loquar, Deus, in eo ta-
men conspicitur mortalitas, cor-
ruptio, pulvis & cinis. Inviolabile
enim Dei decretum est, ut omnes se-
mel denascamur, quotquot nati. Quapropter prudens
illud & sapiens documentum, humile illud epitaphium
memento homo quia pulvis es, & in pulverem reverteris, sem-
per in oculis & animis habeamus necesse est. In morte
enim totius salutis nostræ cardo vertitur, quam quia
nonnisi semel obire datur, animo & cogitatione sollicitè,
attentè, ac diligentissimè intueri debemus. Quisquis
bene moriendo cupit vivere Deo, is sibi crebrò moria-
tur oportet. *Ratio manifesta est*, scribit Vegetius, *semper*
in otio debere fieri, quod necessario faciendum videtur in pralio.
Nemo in vero certamine fortiter dimicaverit, qui non
prius ludicrâ pugnâ se exercuerit. Nimirum *ars bellan-*
di, ut est apud Cassiodorum, *si non praludatur, cum necessa-*
ria fuerit, non habetur, magnanimus enim miles nemo un-
quam fuit, qui non ante pugnam pugnare doctus. *Discat*
ergo miles in otio quo proficere possit in bello. Quod verò aliud
bellum tam anceps ac grave, quàm illud, quo homo in
extremo agone cum morte configit? ubi sæviores pro-
cellæ impendent, ubi gravioribus tempestatibus con-
cutitur, crebrioribusque, ac latentioribus insidiis impe-

aitur anima, quàm sub extremam vitæ periodum, cum de æternitate certamen suscipitur? Quæ cum ita sint, bene fit, cum id ab incolumi agitur, quod facturus est æger, cum ad mortem sese comparat, quando bonâ utitur valetudine: morte scilicet felici decedet, qui nunc velut moritur, quoties quomodo demum rectè mori possit, præcogitat. *Nihil sic hominem à peccato revocat, ait Augustinus, sicut frequens mortis meditatio.* Ipsi quoque, gentiles cognoverunt quantæ esset efficacix memoria, mortis, ad inordinatos hominis appetitus refrenandos, & ideo Lycurgus, ut autor est Plutarchus, inter alias, quas cõdedit leges, sancivit etiam, ut cæmeterium in media construeretur civitate, ut homines eò melius mortis recordarentur. Hunc in finem S. Augustinus, fabricata fuisse sepulcra in templis scribit, & plerumque constructa juxta portas, *ut ingredientiæ & egredientes mortis admonerentur, & sic ad Deum convertantur.* Et Doctor ille, aurei oris, *ut tibi jugis sit memoria mortis, ait, ante civitatis ingressum sepulcra vides, ut priusquam amplitudinem & divitias civitatis consideres, agnoscas omnium illorum finem.* Laudabilis erat Senatus Romani consuetudo: dum strenuos ac generosos suos belli duces triumphis honorabant, ne, triumphator in tali pompa & majestate constitutus superbiret, eidem, quò ipse vehebatur, triumphali currui imponebant venerandum quendam virum, qui aliquoties ad eum conversus hæc inculcabat verba: *respice ad eos qui te præcesserunt, & memento te esse moriturum.* Facile enim, ut optimè loquitur Gregorius, *contemnit omnia, qui semper cogitat, se esse moriturum.* Contemnit præsentia, & ad futura festinat. Quapropter unumquemque, cum Sapiente exhortamur:

Quicquid

Quicquid es acturus, **MEDITARE NOVISSI-**
MA tecum:

Et nunquam quicquam post doliturus ages.
Sic licet formidabilissima mors, & inexorabilis, si tamen crebris meditationibus ad animum advocemus, ita mansuescit, ut obviis ulnis excipere, & complecti valeamus, quando demum revera venerit: neque enim nova accidere nobis potest, quam crebro praestolati expectavimus. Imitemur Romanorum tirones, de quibus haec scribit Vegetius: *à singulis singuli pali desigebantur in terra, & sex pedibus eminebant, contra illum palum tanquam contra adversarium tiro se exercebat.* Talis omnino deberet esse hominis Christiani usus assiduus, haec consuetudo exercendi se non contra palum, sed adversus mortem, adversus momentum vitae extremum, quod omnis vanitatis & superbiae finis & initium sempiternae vel calamitatis, vel beatitatis erit. Bombyces admodum pertimescunt tonitrua, adeo qui domi alunt, æris tinnitu & sono leniore ad ferendos salvam vitam caeli fragores, & fremitus immaniores assuescunt. Ad hunc modum Christianus qui extra mortis metum esse, eamque non formidare cupit, mori saepe discat, nam si moriatur sibi, vivet Deo, hic per gratiam, ibi per gloriam. Mortis memoriam refricare vobis. **CIVES ACADEMICI**. & hodiernum funus potest, ad quod prolixè deducendum etiam atque etiam vos adhortabimur, ubi prius quæ de vita Defunctæ **EMERENTIÆ** accepimus, ut solet in scripturionibus istis fieri, breviter exposuerimus. Nata igitur est anno cl. lcc. xxvii d. IV. Septembr. Patre Strenuo ac Nobilissimo viro Hansen à Blankenburg / in Prielswik & Wulffshagen Hereditario; matre **CATHARINA** von Jhlsfeld ex domo Muggen-
A 3 burgen-

burgensi Pomeraniæ. Avum paternum habuit Hassen à Blawenburg hæreditarium in Prieltwiz; aviam paternam DOROTHEAM à Peccatel, ex domo Weystihn. Proavus ei fuit è paterno genere Hans à Blawenburg / hæreditarius in Prieltwiz; proavia MARGARETHA von Kehren / von Neuenhausen. Proavum verò respectu aviæ fortita fuit Nobilem à Polensky; proaviam, Matronam nobilissimam à Köllen. Abavos habuit Jochim à Blawenburg / qui in matrimonio fæminam quandam nobilissimam von Austihn habuit. Præter hunc, alium ejusdem nominis laudavit maritum nobilis cujusdam à Demisen / è domo Fürstenberg. Proaviæ ei fuere nobilis quædam von Austihn / è domo Quilovv, ANNA Demisen è domo Fürstenberg / ELISABETA von Kampzen è domo Dractow. E materno genere referuntur ex familiæ: Avus Jochim ab Ihlenfeld / hæreditarius in Muggenburg; avia ANNA von Demisen / è domo Cölpin. Proavus Jürgen ab Ihlenfeld / proavia CATHARINA von Steding / de domo Lenskow. Proavus respectu aviæ Jochim ab Ihlenfeld; proavia, ANNA von Linstow aus Gark. Abavos habuit CASPAREM ab Ihlenfeld / CHRISTOPH von Demis / VICTOR von Demis / CHRISTOPH von Demis / Engelsen von Demis; abavias verò nobilem von Lepelouw aus Muggenburg / Gertrud von Bühren / Nobilem quandam von Farenholz / ANNAM von Wuffowen / & Nobilem von Wedel. Hos Parentes, hos Majores nacta Nostra ita adolevit, ut non minorem nobilitatem consequeretur animi, quam generis atque familiæ consecuta esset, cum iis virtutibus ornare quotidie sese contenderet, quæ hunc sexum, & hanc

hanc generis claritudinem cum maximè decent. Præcipuè verò pietas, prudentiaque regendæ domûs, administrandæque familiaris rei, cum singulari morum aménitate in ea præfulgebant. Quæ ut inprimis in hoc sexu merentur laudem, ita præ aliis commemorandum de illis fuit. Anno clō. lōc. L. d. xvi. Junij in matrimonium tradita fuit nobilissimo viro DN. DANIELI à Zōsnehr / hæreditario in Schalis, cum quâ ipse conjunctissimè vixit, ut pæne nunquam necesse illis fuerit templum Dæ Viri-placæ accedere, in quo Romæ olim vir & uxor dissidentes convenire, & in gratiam æquissimis animis redire solebant. Prolem edidit unam Anno clō. lōc. LI. d. V. Junij, & quidem virilis generis, cui nomen JOANNES GEORGIUS Parere autem liberos, rem & laborum ac molestiarum plenissimam atque cum magno vitæ discrimine conjunctam esse, & Nostra experta est, quippe quæ quatri-duo post administrationem hujus muneris extincta est, cum paullò ante sacro sancto corporis & sanguinis Dominici viatico animam instruxisset. Maritum sanctè semper dilexit, eumque, quibus par erat, obsequiis officiisque prosecuta sedulò est. Bene memor quid marito à Conjuge, ac præcipuè tam ejus amanti, deberetur. Res ipsi servavit diligenter, condidit fideliter, promisit frugaliter: Nunc eâ extinctâ, cujus in sinum effundet curas? cujus alloquio animum recreabit? cum quo consilia rei familiaris rectè gerendæ communicabit? intelliget carendo, quantum habuerit, quantum amiserit bonum: Age tamen, vir nobilissime, fac quod æquitatem & magnitudinem animi tui decet. Luge, uxorem tuam (non enim potes non lugere) sed moderate,


ratè. nam & bene illa vixit, & piè obiit: & tibi quidem,
pignus amoris ac perenne monumentum, JANULUM
GEORGIUM tuum, nobis autem bonisque omnibus
memoriam sui nominis reliquit jucundam & hone-
stam.


Multum verò ad levandum ejus dolorem & istud
faciet, CIVES ACADEMICI, si Conjugis exequias,
quæ ad H. II. instituentur postea, frequenter profèqui
volueritis. Multum enim se oblectabit hac benevolen-
tiâ vestrà atque officio, atque ita obliviscetur non pa-
rum doloris sui, aut certe leviozem existimabit. Quod
ut sedulò frequenterque faciatis, monemus vos
sedulò. Id vestrà humanitate quammaximè est
dignum, P. P. die xxi. Jan. Anno


cl. lcc. LII.


*Conventus factus in aede B. virginis sacra ad H. II.
pomeridianam.*











hanc generis claritudinem cum maxi-
cipue verò pietas, prudentiaque re-
ministrandæque familiaris rei, cum
aménitate in ea præfulgebant. Quo-
hoc sexu merentur laudem, ita præ-
dum de illis fuit. Anno cl. lxx. In
matrimonium tradita fuit nobilissim
NIELI à Bólschr / hæreditario
ipse conjunctissimè vixit, ut pæne
illis fuerit templum Deæ Viri-placa-
Romæ olim vir & uxor dissidentes ec-
tiam æquissimis animis redire soleba-
dit unam Anno cl. lxx. LI. d. V. Jun-
lis generis, cui nomen JOANNES
Parere autem liberos, rem & laboru-
plenissimam atque cum magno vitæ
junctam esse, & Nostra experta est.
duo post administrationem hujus m-
est, cum paulò ante sacro sancto co-
Dominici viatico animam instruxiss-
ctè semper dilexit, eumque, quibus
officiisque prosecuta sedulo est.
marito à Conjuge, ac præcipue tam e-
tur. Res ipsi servavit diligenter, &
promisit frugaliter; Nunc eâ extinctâ
effundet curas? cujus alloquio animi
quo consilia rei familiaris rectè gere-
bit? intelliget carento, quantum ha-
amiserit bonum; Age tamen, vir nob-
æquitatem & magnitudinem animi
uxorem tuam (non enim potes non l-

Præ-
nūs, ad-
orum,
mis in-
moran-
antij in-
. DA-
um quâ
ecessè.
in quo
in gra-
n edi-
m viri-
GLIUS
arum,
e con-
quatri-
incta,
nguinis
m san-
sequis
r quid
ebere-
leliter,
finum
t? cum
unica-
ntum,
c quod
Luge
mode-
ratè,



the scale towards document